



*S. Red.*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relletis.

*G. f. 171.*

ADDICTA PIETAS  
VIRO SUMME VENERABILI, MAGNIFICO,  
ATQVE EXCELLENZISSIMO  
**PHILIPPO LUDOVICO**  
**BOEHMERO**  
S. THEOLOGIAE DOCTORI CELEBERRIMO  
AVGVSTISSIMI M. BRITANNIAE REGIS ET  
ELECTORIS BRVNNSVICENSIS AC LVNEBVRGEN-  
SIS CONSILIARIO ECCLESIASTICO BENE MEREN-  
TISSIMO, MVNVS GRAVISSIMVM SVPERINTENDEN-  
TIS GENERALIS ECCLESIARVM DVCATVS CALEN-  
BERGICI, ET SENIORIS CAPITVLI WVNSTORPIEN-  
SIS, NVT DIVINO REGIOQVE, COMMVTANTI  
CVM PROVINCIA AMPLISSIMA EPHORI SVPRE-  
MI ECCLESIARVM DVCATVS CELLENSIS,  
TENVI CONGRATVLATIONE DEMISSE DECLARATA

IO. HENR. STVSS,

PAEDAG. ILFED. PRORECT.

NORDHVS A. CICIC CC XXI  
LITERIS COELERIANIS.

AK.

**S**AEPE quidem pietas tenui TIBI nostra litauit  
Carmine, et officio demissi functa clientis,  
Paucula thura dedit votorum, et pectore toto  
In laudes effusa TVAS, VENERABILE NOMEN  
BOEHMERI coluit, cultu dignissime PRAESVL.  
At non inde vñquam nostrae tacuisse Thaliae  
Fas fuerit, quoties TVA candida fata nouellum  
Gratantis munus poscunt, fontesque reclusi  
Laetitiae in nostram diffundunt gaudia mentem.

Hinc et ouans sollempne illud FELICITER! alta  
Iam voce ingemino, quod millia multa precantur,  
Quod praecepsa cohors Procerum, venerabilis ordo  
Illorum, qui sacra docent, immensaque turba  
Laerantis populi simul vno concinit ore:  
Dum TE, cœus solem, cuius Lyneburgica tellus,  
Et suavi felix ecclesia luce fruatur,  
Fata trahunt intra nitidae pomoeria CELLÆ;  
Illustres vbi sancta Themis sibi figere sedes,  
Iuraque per populos exacta lance librare,  
Solarique urbem viduatam Principis aula,  
AVGVSTI nutu REGIS PATRIAEQVE PARENTIS,

Gau-

Gaudet, quem merito, PRAESVL VENERANDE, sequendū  
Et TIBI duxisti: siquidem vox Numinis illa,  
Sic TE iam quarta sublimi sede locatum  
Suspiciimus, primo mores namque alma docentem  
IVLIA complexa est, atque aegre passa reueli  
Has sibi delicias; dum TE GOTTINGA recepit,  
Sacrorumque Ephorum, qualem sibi fingere votis  
Poffet, nunc etiam miro veneratur amore;  
Postquam WVNSTORPI iusserunt fata minores  
Collustrare TVO fulgenti lumine ciues  
Et CALEBERGIACI sacris praesie ducatus.  
Atque his eripiens etiam TE splendida CELLA  
Vindicat ipsa sibi, quae tot clarissima fouit  
Lumina: quam cauto formauit REGIVS ore,  
Lutherò suppar, quamque ARNDIVS entheus olim  
Edocuit sancto pietatis munia zelo;  
Codicis ostendit sacri WALTERVS amicam  
Harmoniam, celebrem quem IVLIA fouerat aeque  
Doctorem, ac magnum, mira qui saecula prisca  
Orbis christiadum norat perfundere luce,  
Quem TVA AVVM sanctos inter colit, HILDEBRANDVM,

Quem-

Quemque et CELLA colit, praeclari et praesul is vsque  
EICHFELDI memor, et numquam oblitura LYSERI,  
Quem pietas, candor, doctrinae copia vasta,  
Et suada ornabant, proauum quasi sanguine ducta:  
Quem decessorem sequeris, BOEHMERE VERENDE,  
Atque adeo fausto capis omne suave micantem,  
Quam tanti heroes sacri TIBI lampada tradunt.  
Faxit cunctipotens rerum moderator, et auctor,  
Vt TVA lux, cuius tot iam fulgore per annos  
Gauisa in patriis felix ecclesia terris,  
Inconclusa diu niteat, radiosque serenos  
Atque salutares in publica commoda spargat:  
Vtque diu TVA fausta DOMVS foveatur eadem:  
Et Musas inter TIBI caras, atque clientum  
Innumeram turbam, solito splendore corusci  
Has ad Musarum deprecta in valle latebras  
Pertingant radii, ac dudum celebrata Neandri,  
Et curis recreata TVS schola, si qua superstant,  
Gaudeat vsque TVO iubare horrida nubila pelli.  
Verbo, votorum, repeto, quae summa meorum:  
Nunc quoque CELLENSI, PRAESVL VENERABILIS, VRBE  
Vias, et valeas, et agas feliciter vsque !

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratho





ADDICTA PIETAS  
VIRO SUMME VENERABILI, MAGNIFICO,  
ATQUE EXCELLENZISSIMO

# PHILIPPO LUDOVICO BOEHMERO

S. THEOLOGIAE DOCTORI CELEBERRIMO

M. BRITANNIAE REGIS ET  
VNSVICENSIS AC LVNEBURGEN-  
S ECCLESIASTICO BENE MEREN-  
GRAVISSIMVM SVPERINTENDEN-  
ECCLESiarVM DVCATVS CALEN-  
NIORIS CAPITVLI WVNSTORPIEN-  
INO REGIOQUE, COMMVTANTI  
CIA AMPLISSIMA EPHORI SVPRE-  
IARVM DVCATVS CELLENSIS,  
ATVLATIONE DEMISSE DECLARATA

A. HENR. STVSS,

PAEDAG. ILFELD. PRORECT.

HVS AE A CICIC CICIC CICIC  
LITTERIS COELERIANIS.

**Farbkarte #13**

